

Mog. 852, c. 8, in der Form des Guelferbytt. (Cap. II, n. 249). — Rest der Seite ist leer.

fol. 315' (von der ursprünglichen Hand): Incipit¹ epistola Paulini patriarchae = N. A. I, S. 422 ff.

fol. 317. Incipit epistola Mansueti episcopi ad Constantinum imperatorem — patres capitula illa = Migne LXXXVII, Col. 1261—1264 A.

Mit diesem Fragment schliesst fol. 318' die Hs.

Beilage I.

Capitula² presbyterorum.

(Ex cod. Monac. 3851 fol. 64'; Monac. 3853 fol. 114', c. CXVIII—CXXXIV; Steiner S. 10.)

Cap.^a I. Ut secreta presbyteri non inchoent, antequam 'sanctus' finiatur, sed cum populo cantent.

Cap. II. Ut nullus presbyter alterius parrochianum, nisi in itinere fuerit vel placitum ibi habuerit^b, absque licentia sui presbyteri ad missam recipiat vel sollicitare presumat.

Cap. III. Ut sacramentum altaris, quod vere est corpus et sanguis Domini, et credere et^c predicare debetis, et qua dignum est religione tractetis.

Cap. IV. Ut infirmis eucharistiam non transmittatis, nisi per presbyterum aut diaconum aut^d subdiaconum^d aut per aliquem sacris ordinibus mancipatum.

Cap. V. Ut per singulos menses simul^d convenientes^e de ministerio vestro de custodia commissi vobis populi et de cura pastoralis, quam sepius monemus erga penitentes, solliciti alius alium consulendo perquiratis et cum Dei adiutorio corrigere studeatis, memor unusquisque, quia pro omnibus, quos regendos suscepit^f, aeterno iudici reddet rationem.

Cap. VI. Ut sacrum chrisma, quod est insigne christianae salutis, diligentibus^g vasculis reconditum a nemine, nisi tantum^d a sacerdotibus, contractetur.

Cap. VII. Ut unctio olei infirmis iuxta apostoli fiat preceptum.

a) Alia capitula praemitt. M 1. b) fuerit Steiner. c) superscr. M 1; om. Steiner.
d) om. Steiner. e) conveniatis Steiner. f) suscepimus M 2. g) cautis M 2; diligentius Steiner.

1) Ist verglichen worden.

2) Vgl. auch zu 7—9. 13—17 Wasserschleben, Beiträge S. 43 f.